

et honore, plenam et liberam auctoritate apostolica tenore presentium concedimus facultatem. Datum Viterbij etc:a ut supra.

L. de Aretio.

De Curia.

B. Monachi.

Förut tr. i Dipl. Norv. 17, n. 232 i.

3070.

1405 d. 20 Okt.

Viterbo.

Påfven Innocentius VII. tillåter nuntien Nicolaus att med samma rätt som påfvens mindre penitentiarie meddela aflösning åt 100 personer.

Vat. ark. Reg. Vat. 333, fol. 373.

Innocentius etc:a venerabili fratri Nicolao etc:a salutem etc:a. Cum te etc:a ut in precedenti, nos volentes ea tibi concedere, per que personis partium et regnorum predictorum te ualeas reddere gratiosum, fraternitati tue absoluendi centum personas a quibuscunque peccatorum vinculis et cum eis dispensandi, prout minor penitentiarius noster absoluere et dispensare potest, plenam et liberam auctoritate apostolica tenore presentium concedimus facultatem. Datum etc:a.

De Curia.

L. de Aretio.

B. Monachi.

Förut tr. i Dipl. Norv. 17, n. 232 j.

3071.

1405 d. 20 Okt.

Viterbo.

Påfven Innocentius VII tillåter nuntien Nicolaus att gifva aflösning åt personer, som utan påfvens tillstånd besökt den Heliga grafven.

Vat. ark. Reg. Vat. 333, fol. 373.

Innocentius etc:a venerabili fratri Nicolao etc:a. Cum te ad regna Dacie, Swecie et Norwegie ac ciuitatem et diocesim Leodiensem et Remensem prouinciam ac nonnullas alias partes pro nonnullis nostris et Romane ecclesie negotijs presentialiter destinemus, nos [volentes], ut incolas partium earundem eo plus reddas nobis et apostolice sedi deuotos, quo a te maiores gratias conspexerint se assequi posse, fraternitati tue hac uice dumtaxat absoluendi quascunque personas utriusque sexus, que sepulchrum dominicum et alia oratoria terre sancte sine sedis apostolice licentia visitauerint, ab excommunicationum sententiis [quas] propter premissa incurrisse noscuntur, in forma ecclesie consueta auctoritate nostra, iniuncta inde per-